

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Confessio z  
cum fonte primo

Mira compensacio, stupenda uicissitudo,  
Domino suo propria mala dicere  
et ab eodem premia salutis accipere.  
Quis non incitetur  
illi ad premium confiteri  
cui non possis negare quod feceris?

Cassiodorus super illud: Vias meas  
ennunciaui.

Mira compensatio, stupenda uicissitudo,  
Domino suo propria mala dicere  
et ab eodem praemia salutis accipere.  
Quis non bonis talibus incitetur  
illi ad praemium confiteri,  
cui non possis negare quod feceris?

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 118.26 (CCSL 98, p.1071,  
ll.516-520).